Fragmentarium

rentur: et de necessitatibus eorum liberauit eos.
Et eduxit eos de tenebris et umbra mor
tis: et uincula eorum dirupit.
Confiteantur domino misericordie eius: et mi
rabilia eius filiis hominum.
Quia contriuit portas ereas: et uectes
ferreos confregit.
Suscepit eos de uia iniquitatis eorum:
propter iniusticias enim suas humiliati sunt.
Omnem escam abhominata est anima eorum:
et appropinquauerunt usque ad portas mortis.
Et clamauerunt ad dominum cum tribula
rentur: et de necessitatibus eorum
liberauit eos.
Misit uerbum suum et sanauit eos: et
eripuit eos de interitionibus eorum.

License: public_domain – Göttingen, Niedersächsische Staats- und Universitätsbibliothek Göttingen, Cod. Ms. Morbio 1 e, 25v – Psalter (https://fragmentarium.ms/view/page/F-ea3r/11359/82387)